



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XXXI. De his qui occidunt, verberant, aut qualitercumque manus violentas in clericos iniiciunt, aut eos captivant, seu captiuatos tenent. Ex statuto domini Guidonis cardinalis apostolicae sedis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

cis, & sub obtestatione diuini iudicii, vt vxores suas & filias & alias mulieres, in præsentia vel familiari potestate constitutas, faciant honeste incedere: prohibeantque, ne nimiam in vestibus longitudinem, & [ab] aliis mulierum ornamentis exquisitam superfluitatem habeant. Quibus etiam mandatur sub pœna excommunicationis, vt in his pareant maritis suis: alias eucharistiæ communionem priuentur, & per censuram ecclesiasticam arceantur. Et in fine mandatur sæcularibus potestatibus sub pœna præfata, vt ad corroborationem huiusmodi statuti faciant hanc constitutionem exacte obseruari.

XXXI.

De his qui occidunt, verberant, aut qualitercumque manus violentas in clericos iniiciunt, aut eos captiuant, seu captiuatos tenent. Ex statuto domini Guidonis cardinalis apostolicæ sedis legati, quod incipit: Item cum in plerisque.

Occidens, verberans, aut qualitercumque manus violentas in clericos iniiciens, seu eos capiens, singulis annis in Synodis episcopalibus excommunicati denuntiari debent, & nominatim illi, de quibus constiterit manifeste.

XXXII.

De eodem, ex statuto eiusdem domini Guidonis, quod incipit: Quodcumque vero.

Vulnerans enormiter ecclesiasticam personam, occidens vel captiuans, non nisi per sedem apostolicam debet absolui. Et si quid tenebat ab ecclesia, illud ipso facto perdit, quod in vtilitatem ecclesiæ debet conuerti. Et generaliter in diœcesi, in qua aliquem canonicum cathedralis ecclesiæ, vel in dignitate ecclesiastica constitutum caperit, aut captiuum detineri, vsque ad liberationem ipsius, & debitæ satisfactionis exhibitionem. Similiter & in parochia, in qua res clericis violenter ablatas detineri contigerit, vsque ad satisfactionem & restitutionem congruam cessari debet a diuinis.

XXXIII.

De eodem, ex statuto domini Friderici Saltzburgerensis archiepiscopi, quod incipit: Statutum.

Captiuato domino archiepiscopo Saltzburgerensi, aut aliquo